

~~SV. 15.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

W-35.

SIGNAT. CCCXIII.

13

Nuptijs
AMPLISSIMI PRV-
DENTISSIMI QVE VIRI DOMINI
CVN RADI KICKOYII, INCLYTAE
Brunsvicensium Reipublicae Consulis &
Scholarchae dignissimi, secun-
dò Sponsi:

ET
HONESTISSIMAE LECTISSIMAE
QVE VIRGINIS MARGARITAE LUCKEN,
Clarissimi viri Domini IORDANI LVCKEN,
quondam cœnobij, quod est apud eosdem, S. Crucis
Præpositi, relictæ filiæ, Sponsæ, VII. Idus Fe-
bruarij, Anno CIO. IO. XXCVII.
celebratis Brunsvigæ,
gratulatur

Schola ibidem Cathariniana.



Anno Salutis CIO. IO. XXCVII.

100



I pulcrum genus est, & species decus,
Ac laudem repetet, votaq; cum prece
Multa, ut numine divo
Fiant omnia prosperè.
Atqui quid gemini fœdere pulcrius
Sexus? egregia quid mage gloria
Dignum est? quæso decet quid
Votis fingere crebrius?

Autor nam D e v s est, jura sacerrima
Sanxit qui thalami, munera Bdellii
Et Phison ubi fundit
Excrescens onychis pater.

Adjutrix homini condita cum fuit
Adamo à superis, ossiculi viro
Demti surgere costa
Verbum quam Domini jubet.

Consortes hominum progenie tori
Auctent ut genus hoc: prodeat indeq;
Integro meditetur
Hymnos pectore qui D e o.

Vniti duo sic jura jugalia
Servantes referant fœdera mysticè,
Queis & jungit amicam
Cœlestis sibi sponsio.

Quare gloria, laus, jugiter ac honos
Ius tædæ maneant: Hippocratis fera
Absit vox, Taciane
Hic tu cum Pighio tace.

Ergo sit species laudibus inclyta,
Laudati referunt fœdere quam novo
Sponsi: K R I C K O V I O qua
Sponso fit nova sponsio.

Virtutis patriæ hic conscius exprimit
Majorum effigiem: munia consulis
Tractat: quem pietas, &
Ornat quem Themidos decus.

A τ

Tutafu r

2

101

Tutatur vigili dogmata cœlici
Cura juris, & his agmina dedita
Discentum fovet: ipso
Florent præside res Scholæ.
Ejus consiliis publica nititur
Et res, atq; salus, justiciæ sacra
Dictat jussio, quæq;
Rebus suggerit æquitas.
Hæc ditant animum divite copia,
Quæs adsunt foris & dona caduca sed
Fortunæ, bona quæ sic
Illi conveniunt bonis.
Ergo virgo viro dicitur optima,
Soletur vidui tædia quæ tori:
Demta conjugæ fata
Vitæ leniat aspera.
Clari nam generis sanguine Lvckio
Hanc cretam decorat plurima gratia
Virtutis, sequitur quam
Morum grata modestia.
Nomen Margaridos gemmula cui dedit,
Pulcrè quam referet rebus in omnibus:
Gemmæ virginis & quam
Est suavis meditatio.
Nam cœli generat gemmeus ut liquor
Gemmam: sic thalamo cœlitus & datur
Virgo M A R G A R I S. ortum
Certè ambæ à superis trahunt.
Ut sedis color est qualis Olympiæ
Hinc tali specie gignitur unio:
Sic virgo genitæ
Vita monstrat originem.
Aspersa ut sale scit gemma nitescere:
Sic jactata mali turbine nescia
Virtus virginis est sic
Fata cedere tristibus.

A Egrum



A Egrum cor juvat ut, pellit & unio
Humores oculis: sic quoqz pharmacum
Præbet nupta marito
Sortis rebus in asperis.
Sic est. sic opere hæc arguet omina
Quæ sacri laticis nomine fons dedit:
Est nil pulcrius huic quæm
AEvum ducere consonum.
Ergo nunc ineant fœdera compares
Sacri connubii, quos genus ac honor
Virtutis decorat, fors
Adsit conjugibus comes.
Sors adsit Superum quæ benedictio
Est, tædas foveat, fœderis autor &
Hujus fautor, & altor
Dio numine Spiritus.
Afflatu foveat pectora conjugum:
Et sancto thalamos lumine cordium
Lustret, sacra duorum
Mentis fiat ut unio.
Adjutet D E v s ut comprecor arduas
Et res consiliis Consulis optimi:
Sacri ritè caloris
Altrix flammula luceat.
Virtus prole domum conjugis augeat
Divo munere, cui regula mens viri
Præsit, consona normæ
Ponit quam sacra jussio.
Autorem timeant ordinis & D E V M
Tædarum, doceant atqz fideliter
Hunc sancte sobolem, quæ
Vitæ noscat originem.
Has sic fundo preces: hæc mea vota sunt:
Clementer D E v s ô sed precor annue
Votis: Sic tibi voto
Solvam votaqz pectore.
M: HENRICVS ACHEMIVS
Rector Scholæ.

A L I O.

T Latio & Graio conor pede dicere versus
ως γαρ ἔθομ ἐν ἀνέρες ἄλλοι δπι.
ETale tuum carmen iusisti Rame Poëta,
οὐχ ὑμῖν λογικόν φάτα διδύσκομεν
Conjugii sanxit leges ab origine rerum,
ξυμπάντωρ κατίσης διβριμόν γρ ξώρ.
Esse sacrum jussit lectum vinclis & in arctis,
ἐν τῇ σφρί μιᾷ ἔμμεν ἄνωγε δύο.
Ut possent vitam concordes ducere in ævum,
καὶ ἀμπαυμιᾷ ἐν διδύσκοι γλυκὺ.
Sic Hevam sociam D o m i n u s conjunxit Adæmo,
ἢ σῶ ἄκοιν ἐφ ἡματα πολλὰ ἄγει.
Quæ multa fecit pōst illum prole parentem,
ἔνθα γένθι πέλετῃ ἐν χθονὶ ἀνδρόμεον.
Extra conjugium non est benedictio, non est
ἔνλογικ πρώτη ἡμέραι συγνύια.
Res sacra conjugium, præfert mysteria magna
τὸν χόρον ἐνσεβέωρ, τὸν πατέος ἡδὲ λόγον.
Sic Ecclesiolum Gnato Pater associavit,
ἐν τῷ πνευματι ἐφ πίστῃ ἐνσεβέοι.
Sic caro concurrit cum verbo in Hypostasin unam,
καὶ τε θεάνθρωπον λαόσον δι' ἔφυ.
Quisquis jam violat lecti socialia jura,
οὐ μετέμεν δάναον ἐνσεβέοι βροτοῖς.
Non cum cœlicolis unquam commercia habebit,
ἄλλα πλάσμα μηδεὶς ἐνικεῖν φάει.
Ergo Sponse subi thalamum cum virgine casta,
ἢ σε γαμήσαντα πτλοῦ ἔρασε φίλον.
Ergo Sponsa subi thalamum cum Consule digno,
οὗ σε γαμήσαν πτλοῦ ἔρασε γαμῶν.
Exige Sponse tuos annos dignissime Consul
σῶ τῇ προθύμῃ ποτνίᾳ ἡδὲ καλῇ.

Et tu Sponsa virum fac multa prole parentem
τότο γαρ ἐκ κηρός λίσσου ἀπὸ οὐρανί,
Ducite concordes vitam per secula multa,
καὶ ἵν συζυγίᾳ χιτῶν ἐρᾶτε θεόν.
Non homo vitalem nasci dubitavit in auram,
τότε ἀμπανδέ τετρά μητρὶ εἰς ἄλγες ἀπαν.

M: CAROLVS BVMANNVS
Prorektor.

A L I O.

Ristia sāpē solent rebus miscere secundis
Numina ; mens, justi, fert ita, justa, D E L.
Illa est lāta dies, multa qvæ Iaspide ditat
Et qvæ jucunda prosperitate beat.
Tristis at est ; qvam pauperies comitatur iniqua,
Qvæq; aufert tristi, singula, sorte, bona.
Illa est lāta dies, qvæ svavi conjugē ditat,
Qvæ sit cùm fidei, tūm pietatis amans.
At dura est, tristisq; dies, qvæ funere acerbo,
Qvam sibi quis Divūm munere, tollit, habet.
Dura igitur fuit illa dies ; Sponse optime, Consul
Inclyte, consiliis, & pietate gravis,
Dura (inquam) & tristis ; qva tristi corde videbas,
Dilectam uxorem mortem obiisse tuam.
Nam tecum concors, qvæ multos vixerat annos,
Qvæq; tibi facta est prole beata domus :
Hanc illa una dies rapuit tristissima, luctus,
Extitit, immensi, fons brevis, hora, tibi.
Hæc autem lāta est ; te svavi conjugē ditans
Qvæ sit cùm fidei, tūm pietatis amans.
Hæc lux, te, exhilarare animum, te, reddere mentis.
Gaudia, lātitiæ, te dare, signa, jubet.
Nam si tristi obiit carissima funere conjux,
Qvæ fuerit veræ religionis amans.
Redditur hæc svavis, thalami, tibi, fœdere, conjux,
Qvæ sit synceræ religionis amans ;

Si

107

Siq̄ obiit; cujus synceri pectoris ignem
In te, syncerum, noveris, inq̄ tuos.
Redditur h̄c; cujus synceri pectoris ignem
In te, syncerum, noveris, inq̄ tuos.
Siq̄ obiit; qvæ s̄apē piis, tua pectora, dictis
Mulſit, curarum qvando ea plena forent;
Redditur h̄c; quæ s̄apē piis, tua pectora, dictis
Mulcebit, qvando h̄c anxia cura premit.
Siq̄ obiit; verè cui cura domestica cordi,
Qvæq̄ tuæ fuerat fida columna domus;
Redditur h̄c; verè cui cura domestica cordi est,
Qvæq̄ tuæ esse potest, fida columna, domus.
Siq̄ obiit; qvæ verè omnis virtutis, & omnis
Qvæ fidei fuerit, qvæ pietatis amans;
Redditur h̄c, qvæ verè omnis virtutis, & omnis
Qvæ fidei, atq̄ omnis sit pietatis amans.
Prospera sic duris rebus miscere verenda
Numina; res variæ, plurima & acta docent.
Ergò agè pone metum, vir præstantissime pone,
Pone age; lætitia, da nova signa, novæ.
Iam tuba, jamq̄ sonet Musa optima, jamq̄ resultet
Lætitia nostri Consulis ampla domus.
Pone animum tristem; modò tristes exue vultus;
Exue; lætitia, da nova signa, novæ.
Qvod supereft sanctis precibus contendimus omnes,
Vestri, ut fint vobis prospera fata, tori.
Nate D E I, casti qvi sancis fœdus amoris,
Protege, qvos caſto hoc jungis amore tibi.
Fac fint concordes: magna est CONCORDIA VIRTUS
Fac, qvæ turribus, mens, sit ut, esse solet.
Fac ut & egregios, valeant, educere natos;
Fac ut constanti fint in amore pares.
Fac ut præsentis peragant ita tempora viæ,
Post habeant superæ ut regna beata domus.

JOHANNES MAGIRVS
Cantor.

A L I O.

Onnubium ordo DEI est, quisquis traducit in illo
Vitam, præcipui tota colat ordinis hujus
Mente DEVm auctorem veneretur, ametq; vigentis
Diues Amaltheæ cornu, benedictio rerum
Huic aderit Domini cunctarum, & gaudia, quænam?
Pignora cara noui thalami. Sed quisq; jugales
Irreuerenter habet tædas, & turpia dictu
Fundit in has, Dominum dictis incessit amaris,
Bina jugi unanimis nexus qui corpora jungit.
Hic cùm de limo formasset corpus Adami,
Eius & ex costa speciosæ virginis ora
Sumta carne locum complens, nónne ille ligauit
Ambos? inq; solo Paradisi condidit noui
Ipse pudicitiæ leges? Quicunq; precatur
Diras coniugii sacræ, maledicit & iste
Ætherii Patris Nato, quem nomine Sponsum
Pagina sacra vocat toties, qui fluminis vndas,
Lætitiæ promptus dignatus adesse jugali,
Dulcius in vinum vertit, quæm nobile nectar.
Nónne, probans casti socialia fœdera lecti,
Elle sibi curæ, sibi cordi fœdus amoris
Coniugiale decet? Quisquis sacra vincula lecti
Legitimi indomitum contemnens carpserit illa
Infreni lingua. Iædit Spirabile Numen,
Quod thalamos sociat, quod sanctos mentibus ignes
Aspirat, sexus quod tot præconia dictat
Fœminei, Veneris condemnans furta nefandæ.
Quo duce fit thalamus res quæm purissima castus.
Optimus exigeret cùm Sponsus talia secum,
Sponsus, quem præstans decorat prudentia virtus,
Spiritus æthereus noua connubialia jungens
Felices illi primos properauit amores.
Sed pòst exuta mortali corpore prima
Coniuge, non placuit superis neq; tempora visum
Duceret ut vitæ viduo sine coniuge lecto.

B

Flami-

102

Flaminis ergo sacri ductu pietate puellam
Præstantem multis virtutibus, ore venustam,
Ipse sibi elegit, quæ secum molliter annos
Expletat inumeros. Ergò pietate fideb
Præstans Sponse, tibi quoniam schola, templa, salusq;
Communis patriæ fuerit carissima cordi,
Te meritò Charites, te carmine ad astra Camcenæ
Laudibus extollunt. Tibi nos quoq; fausta precamur:
Concordes animos, & multa prole beatum
Virgine cum tali thalamum, Nelëia Sponso
Fata tibi, vita longissima tempora Sponsæ.

HENRICVS BOBERVS
Subconrector

ALIO.

TΟύνομα συζυγίνεις ὡς δέρθεται τὸ πεπούλι ἐθλῶσθαι
Συγχαμίη ἀρμότε, ἐνδὲ οὐκ εἴη μάκλον.
ὅτι δι συζυγίων διπότες γεννώνται εἴπον,
Ἐπεικα τε σωάγερ πρός θήλεας ἀρρένα, καὶ
εἰνα διμόλεκτρα, δόμωμα ἢ κοινὰ μέλατρα εἴχεατο.
κατότας ἀπὸ γεννώντων καλλιτα λέγειτος ὁ οἶω:
Διβύγεις ὡς ἵπποισι πόνοι το γεννώντων φέλλοι:
ὅντω πάσι μεν ἀνθρώποις μορόπεσι πέλονται
κακέα λυγῖς, αἱ δὲ πλεύσια ἀρηγάμοισι.
ὡς καὶ ὑποζυγίω γένος δύο εἴργα αρρότρια
Συλληρά εόντα, ἐνδὲ ἔπειρον πλέσσοι μόνοιο:
ὅντω ἀρτίγαμοι συζέντοι εἴλητες ἔπειροι
τολλά μόνοιο φέρδοι. ὁτιδέδηται εἴταιροι εἴταιροι
διενθέρη συμπάχαι θυμῷ: ἀνήρ καὶ ἀρείωρ
λυγῆς ἀλόχοι, ἀνθρόδες το ἀλοχοί μαστίθε εἴπειροι.
Συγχαμίη δύρη συζυγίνε δύνομε δι προσῆκον.
ως τιθρεμέτης θεός εἴλητες σώφροντο εἴργανοι,

αμφοῖν.

εμφοῖη σύγκοιτις, δέομαι, οὐδὲ ἀπογραπάσθω,
μακρότερον διάγυωσις ὅπως βίον οὐδὲ ἀκάθιτον.

GEORGIVS FLAKIVS
Collega.

6

A L I O.

GVm te fama mihi præstantem prædicat ortu
Sponse, tuamq; regit prudens sapientia mentem,
Nostra tuū thalamum gaudet celebrare Camæna,
Auspiciis in quem venias melioribus opto,

Qualia quām quondam tibi Fata fuere prioris :
Cūm benè compositos à te dissolvit amores
Parca, tibi & rapuit dilectæ conjugis usum.

Numina si vellent, velles CATHARIS tua coniux
Vt tibi, filiolisq; tuis foret una superstes,
Vna, Deūm monitis, socio quæ favit amori,
Conjugis & domui fulsit, ceu splendet Olympo
Cypridis exuperans jubar astra minora profundo.

Iam meliore nitet, terris , fulgore, relictis,
Ardua cùm æthereæ deducta ad culmina rupis,
Mista choro, superūm fruitur cœlestibus oris.

Hac extincta igitur, ne sint sine luce penates,
Atq; tuum Fatum melior Fortuna sequatur,
Nunc aliam lucem, vestras quæ illuminet ædes,
Accendas, penetretq; suo tua corda calore,
In choream mutans planctum, viduiq; repellens
Damna priora tori, & mœrentia pectora mulcens.

MARGARIS hoc faciat, sidus Brunonis in urbe,
Ortum IORDANO patre, LVCKIADVMQ; columnis,
Matre &, BROITZHEMIA veteri de gente, profecta.
Mille procisq; fuit lux optatissima quamvis :
Innuba virgo tamen casti sine labe pudoris
Mansit, & ætatis ver intemerata peregit.

Dum tibi luceret multis ex millibus uni,

B 2

Tutori

103

Tutori recte factorum, hostiis malorum,
Qui CHRISTVM, & vero virtutis amore colentes
Diligis AÖNIA s Musas, jusq; omne sequentes.

Sic hyemis finita tuæ sint tempora Consul,
Et tibi ridentis redeat jam gratia veris.
Sat flèsti Fatum, ponas suspiria luctus,
Suspires aliam, referat quæ gaudia menti,
Pone modò pullum velamen, cultior exi,
Nam formosa Venus placituro gaudet amictu,
Sæpè tuis oculis speciem quæ opponit amicam,
Invidet & talem, es cui carus, Palladi alumnum.

Sit modus in luctu, viduumq; relinquere cubile,
Filiolisq; tuis propriis & consule rebus:
Non bene tu nupta, non nati matre carebunt,
Non custode domus, non res tibi parta labore,
Et virtute tua, bene cùm fructumq; decusq;
Conjugii nosti, tibi quod prior attulit uxori
Concordi thalamo, qua lustra es quattuor usus.

Triste tuum Fatum melior Fortuna sequatur,
Et lacrymas plausus, rediit cùm gratia veris,
Aspiratq; tibi mulcente Favonius aura,
Vtq; hortos pictæ violæ, juga fraxinus ornat,
Flos pratum, colles & Pampinus, arva Ceresq;
Sic florens annis tua MARGARIS, una petita
Ex multis aliis, thalamum virtute beabit,
Quæ mores & Abigailis, frontemq; Susannæ,
Et Tanaquilis habet studium, curasq; tenaces.

Triste tuum Fatum melior Fortuna sequatur,
Det lucem domui, lucem virtute marito
MARGARIS, & faciat se nomen & omen habere:
Nomen & omen habet: Maneat cognomini & omen,
Diis ita si visum, & melior FORTUNA sequatur,
Triste tuum Fatum melior Fortuua sequatur.

Quocirca es totus felix carissime Consul,
Quod redit eximia cum laude penatibus uxori,
Quæ ceu stella nitet facie, quam nocte serena.

Erigone

Erigone claro candescens lumine, dextra
Conspicuum monstrat multa cum luce videndam,
Custos fida domus, maternaque cura tuorum
Natorum, rebusque tuis solamen in arctis.
Nec minus es felix virgo optatissima, Sponso
Quod frueris tali, celebris qui nomina laudis
Obtinet, & notae fidei, vitaeque severae,
Curia quemque virum sapientem experta probavit,
Et probat, in summo cum lucet honore Senatus.
Sed quod nunc restat, precor, ut clarissime Sponse
In thalamum venias Fato meliore secundum,
Altera sic vivat nupta, ut sit tertia nulla.
M A R G A R I S & quoniam planctum, viducique repellis
Damna priora tori, gaudens ex millibus uno,
Fausta tuis opto socialibus omnia tredis,
Vtque liget vestras Concordia mutua mentes,
Pax thalamum cingat, tuni sine clade penates,
Denique tranquillos annos, vobisque beatae
Secula det vita cœlestis cura parentis.

GEORGIVS RVDE.
manus Collega.

A L I O.

FOrsan iniqua tibi poterat FORTUNA videri
Consul, sorte tua tristius esse nihil.
Cùm, quæ digna fuit longos superesse per annos,
Cara marita tibi concidit ante diem.
Cui decus omne fuit, quo splendent agmina matrum,
Quam pius ornabat religionis amor.
Cui nec casta fides, probitas, nec vita pudica,
Sed sperata tibi vita negata fuit.
Iacturam verò Sors coniugis ecce prioris,
Quam benè compensat? quam fauet æqua tibi?
Dum noua Sponsa tuum formosior omnibus una.
In thalamum fato jam meliore venit.

B 3

Quam

104

Quam pietas ornat, laudataq; gratia morum
Est quæ præclari sanguine creta patris.
Quæ, velut exemplum Lucretia casta pudoris,
A Equat virtutum nobilitate genus.
Casta pudicitiæ famam quæ seruat honestam,
Qua laudata nihil fœmina maius habet.
M A R G A R I S hæc dicta est, quæ gemmam nomine signat,
Instar margaridos quæ mala fata leuet.
Hæcceu gemma tuis fulgebit in ædibus uxor,
Omina nominibus nam quis inesse neget?
Anxia curarum tua mens vbi fluctuat vndis,
Hæc tibi curarum dulce leuamen erit.
Hac recreante, tuum capiet cor mite vigorem,
Hac capiet vires exhilarante nouas.
Hac præsente tuo migrabunt tædia corde,
Hæc est cui dicas: Tu mihi sola places.
M A R G A R I N ecce tibi FORTVNA hanc obtulit, vnde
Omine cognomen conueniente gerit.
Maðte novis thalamis clara celeberrime fama
Consul, Fortunæ munere maðte nouo.
Sorte potite tua gaudie, lætare, triumpha,
Lætitia exultent pectoris ima tui.
Tales SPONSE tibi FORTVNAE grator honores,
Numinis exorans omnipotentis opem:
Ut tibi quo cœpit faueat FORTVNA tenore,
Perturbetq; tuum nulla querela torum.

JOHANNES THEVNIVS
Collega.

ALIO

A L I O.

GRANDE bonum vir habet donatus coniuge honesta,
Quam decorat virtus aurea, & alma fides.
Nobile Sponsa bonum, quæ ornata est coniuge
honesto,
Gloria vir Sponsæ est, gloria Sponsa viri est.
Infelix ille est, quem cæca pecunia fallit
Sponsæ, nî Pietas adsit, & alma Fides.
At felix ille est, cui prudens contigit uxor,
Cui curæ est Pietas aurea, & alma Fides.
Es felix igitur Consul clarissime tali
Virgine donatus, cui pudor omnis adest.
Quæ suavis suauitatem complectetur amore,
Coniugis affectu & fœmina casta colet.
Sit donum hoc felix, optatum è millibus vnum,
Sponsam & amet Sponsus, Sponsa suumq; virum.
Hosq; suo afflatu cœlestis cura Parentis
Sic regat ut crescat prole beata domus.
Tunc quoq; corde faces flagrent in utroq; tenaces,
Hoc precor ex animo, Sponsq; Sponsa tibi.

IOHANNES KVKERVS
Collega.



105

A F I O.

Etiam poneat illi puerum quodcumque posse illi
Quia deo dicitur multa sunt, et sicut illis pueris
Hoc nomine puerum quodcumque posse
posse illi
Oportet ut secundum suos sensus sit
Exinde tunc est, quod cum ea decimus littera
quoniam in libro eiusdem auctoris est sicut in libro
Vt felix illis est, qui itaque cognoscunt ex hoc
Qui enim est iste puerus, et quoniam est filius
Felix puerus, qui cum ceteris pueris est
Ait puerus domini, qui puerus dominus erit
Gloria pueri, quae competit pueri, et puer
Cognoscere autem eum, cum ceteris pueris
Est puerus, qui est filius dei, et puerus dei
Sicut autem est puerus, quodcumque puerus
Hoc puerus autem sumus, quoniam puerum illi

JOHANNES LAKERAS

Cognoscere autem eum, cum ceteris pueris

Exinde tunc est, quod cum ea decimus littera



ULB Halle
001 853 031

3




5b.

Barcode hängt a.
1. angeb. Stütze, da 1. Stück nicht i. Bd.

Stk. 6a nicht erf., ob
handschrift

12a unvollst., nicht
erfäßt



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Inches																			



Nuptijs
LISSIMI PRV=
MIQVE VIRI DOMINI
KRICKOVII, INCLYTAE
nsium Reipublicæ Consulis &
larchæ dignissimi, secun-
dò Sponsi:

ET
SSIMAE LECTISSIMAE
NIS MARGARITAE LUCKEN,
Domini IORDANI LVCKEN,
bij, quod est apud eosdem, S. Crucis
relictae filia, Sponsæ, vii. Idus Fe-
, Anno CIO. IO. XXCVII.
celebratis Brunsvigæ,
gratulatur

oidem Cathariniana.



Salutis CIO. IO. XXCVII.

13

100